

1762.

1. Schlozer, Janus Georgius: De officio tutorum et curatorem
circa lites pupillorum et minorum ex illustriatione
reformat. Francofurtensium p. 7 f. 4. 58 et. t. 9.

1763.

2. Res, Johannes Ludovicus: Praevidentia libertatis splendidi
nobilitatem J. R. I. immediatarum corporis ad usus juris
rebus feudales extensionem circa

1764.

1. Bauser, Janus Fredericus: biterminatio trans-juridica
silesis observationes ex jure Romano Germanico
et exceptionem belligenarum rerum mobiliarum potissimum
pertinentes

2. Frankel, Janus Christophorus: de restrictione
juris Romani apud Germanos in materia
Senatusvultus -

3. Schuchz, Christianus Schuler: De onere appellacionis

4. Spörck, Georgii Christiani Albertini : De cauta

Germanicorum iuris generis statutorum interpretatione

5. Voigt a Berg, Christianum : De iure communi iudicis
atque difficultate definiendo.

1766.

1. Koler, Georgii Erasmi : De effecta divisionis prioris
jurium aevi antiquioris

2. Michel, Carolus Ludovicus : De iure in iudicis lictum
publicum, quod imperatorum uocabatur J. R. T. ordinem
persequi solent.

1767.

Altkius, Georgii Christiani : De successione conjugum
Nimburgensium. Longaricensium.

1768

Schreffer, Josephus, De : De successione in hypothecam
ex pacto cum debitoribus iuris.

1769.

1. Falckner, Conrad Meinhold: De liberis ab utroque parente
et de nepotibus ab avo et patre et matre simul
educandis
2. Harbickel, Johann David Fridericus: De separatione bonorum
conjugum occasione divortii secundum statuta Ulman
ibid.

1770.

1. Carl, Johann Julius: De utilitate testamenti
nuncupativi cum testibus nominatis secundum
jus Noricum consueti
2. Dorn, Johann Laurentius: De alicuius alicui
inter conjuges Norimbergenses communicandi
et illud in ref. Nor. tit. 28. p. 1 et 6

1771.

1. Zengerlein, Johann Daniel: De testamentis judicandi
per repetitionem ad actis infirmato
2. Willen, Georgius Andreas: De sanctioni Carolinae
sen aeneae bullae autographo Norimbergensi ejusq.
lectionibus variis

1773

1. Haffnerus, Johannes Bonhardus: Oratio de politica
urbana academiarum saluti convenienter instituen-
tum rectoris munus auspiciantibus. Halitae.
2. König de Königsfeld, Christianus Johann: De praesentia
hunc foreni in Camera I. R. 7. simul coepta posse
scriptum in Saxia

1773.

3. Wezelus, Johann Conradus: De jure nunciandi libe-
rarum 1. Q. I. et civitatum cum primis Witten-
bergae

1774. 4. Schmid, Franciscus Henricus: De hypothecarum
legatione praerogativa

1774

1. Birlinzer, Paulus Jacobus: De jure ab intestato testamenti
de successione unitate aliam (cum ascendentibus)
de tracta

2. Fencler, Paulus Jacobus: De nominibus senatus
Norimbergensis numerosioribus. (Vn. 16. Generationen
des grossen Rathes zu Nürnberg)

3. Ley, Johann Friedrich Paulus: De tracta
servitutium in Germania



10.

1764, 2

4

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGVRALIS
 DE
 RESTRICTIORI VSV IVRIS
 ROMANI APVD GERMANOS
 IN MATERIA
 DE
 DONATIONIBVS

ms. p. 221

QVAM
 DEO AVXILIANTE
 AVCTORITATE
 MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
 IN INCLYTA ACADEMIA ALTORFINA
 PRO LICENTIA
 SVMMOS IN IVRE HONORES
 CONSEQVENDI
 PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI
 DIE X IANVAR. MDCCLXIII
 SVBICIT
 IOANNES CHRISTOPHORVS IANTKE
 ALTORFINVS.

ALTORFII
 TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.



DISSERTATIO IN AUCTORITATE
RESTRICTIORE VSV IURIS
ROMANI APVD GERMANOS
IN MATRIA
DONATIONIBVS

DEO AUCTORITATE
AUCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN FACILITATE ACADEMIA AUCTORITATE
PRO LICENTIA
SUMMOS IN IURE HONORES
CONSECVTURI
PUBLICE DEFENSURAM DISPONITUR
DIE X JANVARII MDCCCLII
JURIS
IOHANNES CHRISTOPHVS VANTER
AUCTORITATE

AL. D. O. P. I. T.
LITIS, IOB. GEOR. KUNZI, ACAD. TYPOG.

599

PERILLVSTRIS REIPVBLICAE
NORIMBERGENSIS
SENATV I

SPLENDIDISSIMO

PERILLVSTRIBVS GENEROSISSIMISQVE
DOMINIS DOMINIS

DVVMVIRIS

TRIVMVIRIS

SEPTENVIRIS

CONSVLIBVS

RELIQVISQVE

SENATORIBVS

PATRIBVS PATRIAE

VENERANDIS

DOMINIS MAECENATIBVS

BENIGNISSIMIS

FAVSTVM REGIMEN
FAMILIARVMQVE SPLENDOREM

MAXIMVM

PIA MENTE APPRECATVR

SIMVLQVE

SPECIMEN HOC INAVGVRALE

CEV

PERPETVI OBSEQVII TESSERAM

D. D. D.

TANTORVM TAMQVE
ILLVSTRIVM NOMINVM

CULTOR DEVOTISSIMVS

AVTOR.



§. I.



Argumento, uirorum eruditissimorum studiis, fatis perpolito, lumina noua nos uix ac ne uix quidem aspergemus. Equidem ea, qua decet, ueneratione illorum omnium diligentiam prosequimur, qui tam speciali opera, quam in systematibus et compendiis suis, de donationibus ex patriis peregrinisue iuribus commentati sunt; nihilominus tamen confiteri cogimur, mentem nostram istis libellis legendis occupatam, uariis interdum dubitationibus exagitatam fuisse. Scilicet doctores iuris patrii in materia de diuersis contractuum speciebus, legum studiosam iuuentutem, uel ad naturalem simplicitatem, quam Germanos nullo non tempore sequutos esse, aiunt; uel ad ius commune,

Instituti
ratio.

A 3

inex-

inexhaustum istum (si Diis placet) sapientiae legitimae fontem remittere solent, ex quo quippe in plerisque capitibus hauriri debeat, quid speciatim circa donationes iustum sit. Vid. iuris patrii genuini uindex praestantissimus, illustris IOH. HENR. CHRIST. de SELCHOW, in *elementis iuris Germanici priuati hodierni ex ipsis fontibus deductis*, lib. IV, cap. I, sect. 2, §. 585; ex cuius sententia donationis pactum hoc tantummodo singulare habet ex iure Germanico, quod in quibusdam prouinciis non nisi integrae ualitudinis homines donare queant, quod in rebus immobilibus iudicis, in rebus autis autem agnatorum consensus requiratur, et donatio ad manus mortuas nouiori aetate admodum restringatur. Idem iam antea docuere celeberrimus IOH. RVDOLPH. ENGAV in *elementis iuris Germanici ciuilibus*, lib. III, tit. V, §. 43; et clariss. IOH. FRID. EISENHART in *institutionibus iuris Germanici priuati*, lib. III, tit. II, §. 9; nec diuersa est doctrina iuris Germanici Cel. BENEDICT. SCHMIDII, in *principiis iuris Germanici antiquissimi, antiqui, medii pariter ac hodierni*, tit. XLIV, §. 4, pag. 600. Iam animus nobis est, paucis dispicere de communi hac tantorum uirorum hypothesi, quam, respectu ad ipsas Germanorum leges, ius commune ejusue interpretationes, non una ratione exprimentes, habito, ualde incertam deprehendimus. Non enarrabimus omnia argumenti huius capita, sed potiora tantum, ex quibus autem, quam angusta quamque uaga adhuc sit iuris Germanici doctrina, sole meridiano clarius patebit.

§. II.

Donationis
uaria contem-
platio.

Iure gentium siue in statu independentiae, quem statum libertatis dicimus, *donationes*, h. e. *liberales in ali-*

um collationes, quamvis contra parsimoniae regulas fiant, nullo modo cohibentur, aut cohiberi possunt; in statu autem ciuitatis donandi licentia uarie restringitur; quia respublica prouidere debet, ne quis re sua male utatur.

§. 1. *Institut. de his, qui sui uel alieni iuris sunt.* Ad institutum nostrum non pertinet, in ciuiliam id genus legum rationes inquirere; hoc tamen quilibet facile concedet, omnia Romanorum placita, quae donationes immodicas irritas declarant, ex firmis sanae Nomotheticae principis hausta non fuisse. cf. Illustris IOH. HEVMANNVS DE TEVTSCHENBRVNN, praecipuum consummatissimorum huius academiae Iurisconsultorum decus, in *commentatione de fontibus et oeconomia legum ciuilium*, sect. I, pag. 26, et in *initiiis iuris politicae Germanorum*, §. 191, in not. Ex mente iuris Romani pro temporum statusque publici uarietate uarie determinati, donatio mox acquirendi modis, cum naturalibus tum ciuilibus, actibusque legitimis, mox titulis pactisue aut contractibus annumerabatur. Erat modus acquirendi domini naturalis, quia donatarium rei donatae dominum efficiebat. Hinc Imperator in §pho 40 *Institut. d. rer. diuis. nihil tam conueniens est naturali aequitati*, ait, *quam uoluntatem domini uolentis rem suam in alium transferre ratam haberi.* Erat modus acquirendi domini ciuilis, ob uarias restrictionis species et formas iure ciuili introductas. Per modum acquirendi ciuilem, qualis fuerat hereditas, mancipatio, in iure cessio, etc. in aliquem ciuem Romanum, dominum Quiritarium transferebatur; HEINECCIUS in *antiquitatibus iuris Romani* h. t. Modis contra naturalibus acquirebant dominium bonitarium illi etiam, qui non essent ciues Romani. Distinctionem hanc sustulit Imperator *Iustinianus in leg. unic. Cod. de nud. iur. Quirit. toll.* Inde efficiebatur, ut res, neglectis

neglectis istis modis, inude tradita in bonis quidem accipientis, sed non in dominio, quod tradens retinebat, esset constituta. Lex Cincia cap. III, teste BRVMERO ad hanc legem cap. XIII, §. I, cauebat, ut in donatione, quibuscumque personis facta, mancipatio traditione interueniret. Ergo in donatione in rebus mancipi, mancipatio, in nec mancipi traditio adeo erat connexa, ut, iis omissis, donatio rata non habeatur. Quid Cincium commoueret, ut mancipationem donationi annecteret, exponit laudatus BRVMERVS cit. loc. pag. 205: Cur autem Cincius mancipationem traditionemue adhiberi donationibus uoluerit, ratio tam a parte donantis, quam eius, cui donabatur, adest. Neque enim inconsulta donandi facilitas, remedio praesentiore coerceri posse Cincio uisa est, quam si donator rem suam reuera et corpore ipso a se ad alium migrare cerneret. Neque uicissim ius accipientis in re donata stabiliri melius et confirmari poterat, quam re mancipi, per mancipationem, re nec mancipi, per traditionem accepta. Nam cum mancipatio modus esset legitimus, donationi tamquam speciei alienationis hoc modo celebratae plenissimum robur accedebat, dominiumque ex iure Quiritium in accipientem transferabatur, siquidem eadem de causa mancipationem adoptionibus, manumissionibus liberorum seu emancipationibus, matrimoniis per coemptionem, testamentis, quae dicebantur per aes et libram, interpositam fuisse doctissimus ANT. AVGVSTINVS ad cap. XXVII legis decemuiralis notat; traditione uero quamuis non plenum dominium et e iure Quiritium, securum tamen donatarius haecenus consequabatur, donatori spe rei, quam semel tradiderat, reuocandae adempta, quippe qui non alia mente rem donatam tradidisse censebatur, quam ut e suo accipientis faceret. Donatio rerum mancipi olim mancipatione peragebatur. At enim uero mancipatio erat actus legitimus,

legimus, lex 77 de R. I. ergo etiam donatio aliquo modo actibus legitimis adscribenda. Ac quemadmodum modus acquirendi immediate aliquem constituit dominum; sic titulus ad transferendum dominium habilis, mediate ius ad rem, sed non dominium tribuit, ita ut res quidem debita, sed non semper nostrae dicantur; l. 20 Cod. de pactis. Hisce quoque accensetur donatio iure recentiori Digestorum pro donato et Institutionum §. 35, 40 et 44, de ver. diuis. Pactum ante Iustiniani tempus donatio non erat, l. 14 ff. de precar. l. 14 ff. §. II de furt. nec dabat actionem, nisi propter adiectam stipulationem, omnium contractuum commune fulcrum, l. 18 ff. de praescr. verb. Stipulatione enim hac donatorem ad euictionem adigere et reuocaturum exceptione munitus donatarius repellere poterat. Deficiente stipulatione Iustinianus pactum uoluit lege uestitum atque adeo donatariis conceditur condictio ex lege 35, §. 4 et 5 Cod. de donat.

§. III.

Germanos in donando liberalissimos fuisse, testatur Tacitus de moribus Germanorum, cap. XIV, XV et XXI. Insequentibus temporibus Germanorum donationes apud acta adhibitis testibus aut confectis desuper instrumentis, factas fuisse obseruauit Celeberr. HEINECCIUS in elementorum iuris Germanici tom. I. lib. II, tit. XIII, §. 355 seqq. Inprimis autem rerum donatarum traditio solemniter h. e. symbolice fiebat, si quis ecclesiae quidquam donatum uellet. HEINECCIUS c. l. §. 356. Apud nostrates pactum te contractus idem sonant, adeoque ualide donari dicitur, cliet rei donatae traditio statim non insequatur. Ast cum iure municipali ciuitatis COLMARIENSIS concordat ius prouinc. YEDERSTADIENSE, part. II, art. XXI, §. 4, ubi prouide

Donatio iure
Germ. tradi
uel debet
uel solet.

B

cauum

cautum: Was auch einer bey lebendigen Leib gibt und verschenkt, das soll er alsofort von sich thun, und demjenigen, dem er es gegeben, überantworten, sonst ist die Gabe unkräftig. Eadem obtinent iure BAVARICO in donationibus inter uirum et uxorem (§. V). En! constitutiones legi Cinciae haud absimiles. Alicubi uero traditio ad actus essentiam non amplius pertinet; vid. CODEX MAXIMIL. BAVAR. part. III, cap. VIII, §. 12; statuta MVHLVS. lib. III, art. 87, §. 1. E contrario autem acceptatio ubiuis semper requiritur, quam ceu barbarum annexum temere exterminare studuit de LVDEWIG in *diff. de donat. et barb. eius annexu acceptat.* Haud quaquam satisfecit uir summus l. 55 ff. de obl. et act: in omnibus rebus, quae dominium transferunt concurrat oportet affectus ex utraque parte contrahentium. Nam siue ea uenditio siue donatio, siue conductio siue quaelibet alia causa contrahendi fuit, nisi animus utriusque consentit, perducit ad effectum id, quod inchoatur, non potest. Non omnis donatio lucro potest opponi. Sane graue est debere, cui nolis. Itaque ius acceptandi donationem, quae non acceptata fuit, non transit ad heredes. Recte *Julianus l. 2 §. 6 ff. de donat. sed si quis donaturus mihi pecuniam dederit alicui, ut id ad me perferret, et ante mortuus erit, quam ad me perferat, non fieri pecuniam dominii mei constat.* Hinc male dissentit *BARBAYRACIVS in not. ad GROTIUM*, pag. 412, quem iure refutauit *Illustr. NIC. HIER. GVNDLING in iure nat. et gent. cap. XII, §. 10.*

§. IIII.

Iure Germanico potest donare pater filio et filius patri.

Ex praeceptis iuris communis, pater et filius pro una persona habentur; hinc inter eos nullus contractus, nulla donatio, nulla actio exceptione, l. 4 ff. de iudiciis, §. 6 *Institut. de inutil. stipulat.* Quare Imperatores *Dioctetianus*

clavianus et Maximilianus in l. II Cod. de donat. rescripserunt:
Cum de bonis tuis partem quidem penes te retinuisse, partem
uero in eum, quem in potestate habes, donationis titulo con-
tulisse commemoras: non est incerti iuris in eum, qui in sacris
familiae tuae remanet, destinationem magis paternae uolun-
tatis factam, quam perfectam donationem peruenisse. Non
una est Iurisconsultorum Teutonicorum hac in re senten-
tia. Quidam hunc patriae potestatis characterem affir-
mant, alii negant. Negavit Illustr. CHRIST. THOMASIVS in
diff. de his, qui sui uel alieni iuris sunt, cap. II, §. 9, et in
annotationibus ad Iustitut. h. t. sed refutatus is est a Cl. IOH.
CASP. HEIMBURGIO in diff. de difficillimis emancipationis Ro-
manae et Germaniae capitulis, §. 48. Iam optime monuit
Vir Cl. DOM. IOH. VLR. CHRIST. TRESENREYTER in diff. in-
aug. de emancipatione minus plena, §. 8, interpretes in am-
biguo unitatis uocabulo haerere, cuius indole rite non
explicitata, quaestionem et affirmari et negari posse, pro-
pitiore autem iure Germanico, neminem obligationem
inter patrem et filium facile negaturum esse. Codex iuris
Fridericiani, part. I, lib. I, tit. 9, art. 2, §. 20 cauet:
Im übrigen acquiriren die Kinder nicht mehr ihrem Vatter,
sondern sie können nach ihrem Gefallen von ihrem Vermö-
gen, so wohl unter Lebendigen, als nach dem Tode per Te-
stamenta, (jedoch mit Vorbehalt der Legitimae), dispo-
niren, und wird nichts davon ausgenommen, als das Pec-
ulium profectitium und aduentitium ordinarium, weil in
jenem das Eigenthum, in diesem aber der Vususfructus dem
Vatter zustehet: Es können daher die Kinder mit
dem Vatter (auffer diesen beyden Peculiis), handeln,
contrahiren, beyde können einander schencken, woraus
hinc inde actiones gegeneinander erwachsen. Concordat
ius MOGVNTINVM de Ao. 1755, tit. XXX, §. 1, uerbis: Es
B 2
mögen

mögen Kinder denen Eltern, und die Eltern denen Kindern schencken, und hindert hieran nicht, was wegen gehabter Väterlicher Gewalt in denen Kaiserlichen Rechten daran sonst hinderlich gewesen. Add. ius ciuitatis COLMARIENSIS, tit. XX. Alia iura Germanica signum hoc potestatis patriae aliquo modo respexisse uidentur intuitu reuocandae donationis; hucque pertinet ius prouinc. WVRTEMBERG. part. II, tit. XVIII, pag. m. 306, ubi constitutum: Es mögen auch die Eltern ihren Kindern, sie seyen noch in Väterlicher Gewalt oder nicht, und zwar einem für den andern, aus rechtmäßigen Ursachen wenig oder viel schencken. Doch so lang die Kinder noch in Väterlicher Gewalt bleiben, hat der Vater Macht solche Vergebung zu wiederruffen, wann er will. Da aber die Kinder außer Väterlicher Gewalt kommen, ist der Vater solche Vergebung ohne Ursach zu wiederruffen nicht befugt. Caeterum non nescimus, quaedam Germaniae statuta propter personarum unitatem eiusmodi contractus et donationes improbare, u. c. REFORMAT. FRANCOVRT. part. II, tit. I. §. 7. Ius prouinc. PALAT. RHEN. part. II, tit. XXXVII, §. 3, et tit. XIII, §. 8, ubi de donationibus sigillatim cauetur. Consentit ius prouinc. PALAT. SVB. part. I, tit. XXVIII et tit. XV. Add. Der Stadt Basel Statuta und Gerichtsordnung, part. II. tit. XX, §. Doch sind ic. Nihilo tamen minus exinde luculenter patet, saltem uera non esse in uniuersum, quae doctores iuris Germanici de usu iuris communis in materia de donationibus generatim docere solent. Ex uulgari opinione, mater ualide donat, quoniam in matre ius prohibitionis cessat, uid. Carpzou part. II, constitut. XII, def. 23. In iure autem FRISIAE ORIENTALIS, de donatione materna haec occurrunt: Die Mutter mag ihren Kindern keine Gabe.

Gabe geben, so lang ihr Mann lebet, denn die Güter gehören ihrem Mann und nicht der Frauen; denn der Mann ist allezeit ein Haupt seines Weibes und deren Vormund, lib. II, cap. 189 et 188.

§. V.

In argumentum incidimus, quod quam inconstans atque fluctuans sit iurium doctrina, satis superque probat. Praecepta iuris communis, si ex ipsis legibus hauriuntur, donationes inter coniuges declarant irritas, adeo, ut licet coniux rem tradiderit, dominium tamen non transferatur, sed res exstans uindicetur et consumpta condicatur, l. 5, §. fin. ff. de donat. inter uir. et uxor. Ipsae autem leges perinde ac legum interpretes, exceptionum fabricatores regulam hanc ita limitant: 1) nisi donatio facta sit inter principem et augustam, uel 2) matrimonium iam dissolutum per diuortium, aut 3) donatio sit minoris momenti, 4) consistat in muneribus solemnitatis causa datis, 5) donator per donationem pauperior non redditus, uel 6) donatio aliunde, quam ex patrimonio facta sit, aut 7) donatarius per donationem non locupletatus, 8) donatio miserationis causa, aut 9) dignitatis consequendae, vel 10) ad oblationem DEI facta, 11) donatio mutua, 12) mortis causa, 13) iuramento confirmata, 14) per mortem donantis confirmata, et, ne desit exceptio exceptionis, 15) nisi ex coniecturis probabilibus de animo reuocandi constet, cf. STRVV in *iurisprudencia Rom. Germ. forensi*, lib. II, tit. 10, §. 24, et Ddres communiter. Vera et unica huius inter coniuges prohibita donationis ratio, non ex legibus 1, 2 et 3 ff. h. t. sed ex antiquo iure, h. e. ex ficta personarum unitate, quae uxoris conuentione in manum

Doctrina iuris Germ. de donationibus inter uirum et uxorem regulariter difert a praecceptis iuris communis.

mariti oriebatur , multis repetenda uidetur , cf. IVSR. HENNING. BOEHMER in *diff. de statu donationum inter uirum et uxorem antiquo et hod.* Posita igitur hoc iuris communis eiusue interpretationis conditione , satius fortasse foret , ita regulam concinnare , ut donationes inter uirum et uxorem ualidae habeantur , dummodo sint modicae , nec liberi prioris matrimonii adsint. Sequimur solidam iuris Germanici doctrinam immortalis IOH. HEVMANNI de TEVTSCHENBRVNN in absolutissimo conspectu iuris ciuillis communis Germanorum , cum natiui tum adsciti , tab. III. Etenim I) in Reformatione NORICA , tit. XXVIII , leg. 7 prouisum est : So ain Eegenosß dem andern in seinem leben nicht beschaidenlich aus freyer Willkür schenckte , vnd unbezungen würcklich ubergebe vnd einantwortet , alsdann ist dieselbig Gab oder Schandung crestig , doch vnuergriffenlich den Gesezen , darinn von Winckel oder heimlichen Schandlungen , auch von Eleuten in anderer Ge hernach geordnet würdet. Wann aber die Gab unbeschaidenlich oder uermäßig were , so ist sie craftlos vnd unpündig. Welche Gab oder Schandung aber , für beschaiden oder unbeschaiden zu halten , soll nach Vermögen des Hingebers zu erkannniß des Gerichts steen. Addere lubet uerba Reformat. FRANCOVRT. cum iure NORICO hac in re contentientis. Jedoch werden dieselben , da sie nicht mißbraucht auch gedultet. Als , wann sie freywilliglich , sonder Zwang , Drang und Betrug , aus ehelichen redlichen Ursachen , (deren dann , sonderlich zwischen Eheleuthen , als den besten und geheymesten Freunden , sich viel zutragen mögen) , geschehen. Item , wann sie nicht uermäßig , noch zu oft erwidert , auch keine Kinder vorhanden seyndt , denen zu beschwäuelichen Nachtheil und Abbruch dieselben Schandungen geraichen mögen. Welchs alles dann wir ,
da

da es etwann von den Kindern oder Freunden, deren Ehe gemacht, so solche Schenkung gethan hat, wolt strittig gemacht und widerfochten werden, unserm Schöffennrath, oder Gericht, den Rechten, der Billigkeit, und den Umständen nach, haben zu ermessen, hiemit wöllen heymgestellt und befohlen haben, *part. III, tit. V, §. 1* sqq. Quodsi quis in rationes harum legum inquirere uellet, is facile intelligeret, legum magistros rem acu uix tetigisse, cum iudicis arbitrio reliquerint num modica sit donatio nec ne? Ita enim lites non supprimuntur, sed fouentur. Cur enim certa patrimonii pars non determinatur? II) Multis in legum Germanicarum codicibus ius commune repetitur, in quibusdam uero exceptio additur, nisi donatio morte coniugis aut iuramento (scil. ex falsa iuris canonici de iuramentorum uirtute hypothese), confirmata sit. Statuta MVHLHVSANA *lib. III, tit. 87* donatoris, dum uiueret, reuocationem non subsequutam respexere; ius autem COLONIENSE, praeter perpetuam donatoris uoluntatem, iuramentum quoque ut consideretur, praecepit, *part. I, tit. V, §. 7*. Huc etiam referendum est ius BAVARICVM nouissimum, quod sancit: Donationes simplices, das ist, solche Schenkungen, welche unter oberstandenen Titel der Morgen-Gaab, donationis propter nuptias, arrhae uel largitatis sponsalitiaie nicht gemacht worden; seynd 1mo) unter Eheleuten von keiner Gültigkeit, ausgenommen, wann 2do) weder von ihnen noch voriger Ehe ein Kind vorhanden oder die Schenkung durch Verabsterben des schenkenden Theils bestätigt ist. In beeden Fällen wird 3tio) zur beständigen Kraft solcher Schenkung erfordert, daß sie mittels wirklicher Ubergab zu Stand gekommen, annehbens vor den Tod nicht wieder ruffen, auch, da sie mehr als 1000 Gulden Landsweh-
 rung

zung beträgt bey ordentlicher Obrigkeit insinuiert , und kein Kind mehr aus selbiger Ehe nach beschehener Gaab erzeugt worden seye , part. I , cap. VI , §. 31.

§. VI.

Continuatio
argumenti.

Ex indubitatis purioris philosophiae ciuilibus principiis contra leges antea allatas uaria adhuc moneri possent; Sed iis omissis hanc solummodo quaestionem uentilare iuuabit: *an binubus, qui liberos prioris matrimonii habet, coniugi suo ualide donare queat?* Id genus matrimoniorum accensendum est matrimoniis ipso iure pactitiis, seu in quibus locum non habet bonorum communio, in quo donationes quaecumque propter condominium, quod inter coniuges obtinet, inutiles existimentur, necesse est. At enim uero in priori matrimonii figura respicienda uenit constitutio iuris communis in *leg. VI Hac Edictali Cod. de secund. nupt.* quam complura Germaniae statuta, in primis NORICA, tit. XXVIII, leg. 8, iisdem fere uerbis in uernacula repetiere, uid. Excell. D. D. IOH. BERNH. HOFFERI *progr. inaug. de leg. VI Hac Edict. Cod. de secund. nupt. ad Germanorum mores caute adplicanda.* Ut prioris matrimonii liberis iure fauisse uideantur legum auctores, feminas nouis maritis non solum res liberorum, sed uitam etiam plerumque addicere, ab ipsis animaduersum dicitur in *leg. 22 Cod. de administ. tut.* patres autem nouercalibus delinimentis corrupti, maligne circa sanguinem suum inferre iudicium perhibentur, *l. 4 ff. de inof. test.* Quamquam patris renubentis fors melior, cum liberorum educationem bonorumque administrationem et usumfructum non perdat, quod secus est in matre, *l. 4 Cod. de bonis maternis, l. 1 Cod. ubi pupillus educari et Nou. XXII, cap. 38.* Interim ad stipulamur III. LEYSERO legum censori

cenſori perſpicaciſſimo, qui, ego profecto, inquit, plures noui matres binubas, quae amoris erga liberos primi tori tenaciſſimae, ut hos ornent ac locupletent, ſecundos maritos per blanditias et furta domeſtica exſpoliant, quam quae bona et uitam filiorum nouis coniugibus addicunt. Plures e contrario patres uidi, qui liberis ſuis nouercas induxerunt, hisque ueram in illos tyrannidem exercere, et tam in bona, quam in membra et uitam eorum graſſari permiſerunt. Itaque ut uerum fatear, oportebat liberis magis, contra patres bigamos, quam contra matres binubas proſpicere, ſpecim. CCC, medit. 14. Suppoſita igitur iuris communis conſtitutione in leg. VI Hac Edict. Cod. de ſecund. nupt. quam Germanorum leges tantum non omnes recolunt, aſſirmo; ſimplices donationes inter uirum et uxorem, liberis prioris matrimonii exiſtentibus, irritas eſſe, inque legis fraudem fieri. Sententiam noſtram corroborant Reformat. FRANCOVRT. c. l. nec Reformat. NORICA, c. l: diſſentire uidetur, quae leges de coniugum matrimonio ſecundo diſerte excipit; nec ab his denique abludit ius BAVARICVM, uerbis: Wann weder von ihnen, (coniugibus), noch voriger Ehe ein Kind vorhanden.

§. VII

Iure Romano primum donatio ducentos ſolidos excedens inſinuanda erat, quae ſumma poſtea ad trecentos et iure nouiore ad quingentos ſolidos auſta fuit, §. 2 Inſtit. de donat. l. 27, 34, 36, §. 3 Cod. h. t. Sed rationi conſentaneum non eſt, inquit Illuſtr. HEVMANNVS in comment. de font. et oeconom. leg. ciuil. §. 15 donationem ad ducentorum uel quingentorum aureorum ſummam reſtringere. Sic luculenta patrimonia lege ſalua facile poſſunt exhauriri. Certam bonorum particulam liberalitati relinquere, ſatius uidetur. Interea

De donatione
iudici inſinu-
anda,

C

rea

rea Romana legislatio ex uariis causis defenditur, de quibus late agit GVDLING in *Gundlingianis*, part. XXIX, art. 4. Nos iam non de legis ipsius rationibus, sed de iuris Germanici hodierni placitis solliciti sumus, cuius convenientia cum iure communi temere iactatur. (I) Donationes bonorum immobilium, sine ullo ad pretium respectu, iudicis consensu egere, Germanorum iuris est cum antiquioris tum nouioris; ius tamen aliquod uniuersale exinde nondum efficitur. cf. IOH. HENR. ALBINVS *de donationibus bonorum immobilium iure imprimis Saxonico. Wurtemb.* 1732. A iure autem Saxonico, nec alia quoque iura Germanica recedunt. Ius prouinc. WVRTEMBERG. part. II, tit. XVIII: Wann aber die Gaab an ligenden Gütern, oder andern dergleichen, so untern Nahmen ligender Güter begriffen, beschicht, soll dieselbige (ohn einigen Unterschied des Werths), für Gericht gebracht und eingeschrieben werden, und sonst nicht kraft haben; nec minus consentit ius BADENSE, de quo uid. CHRIST. FERD. HARPPRECHT, in *differentiis iuris communis et prouincialis Marchico-Badensis*, §. 36, pag. 30. (II) Quod attinet ad rerum mobilium donationes, eadem in legum Germanicarum codicibus ubique non occurrunt sanctiones, insuper rarissime conspirantes cum iure communi, quod summam *quingentorum solidorum*, siue ex interpretatione usuali, *aureorum Hungariorum (ducatuum)* requirit. Ita solidi ualor in Saxonia per legem expressam est determinatus; *constitut. Elect. Sax. part. II, constit. XIV.* CARPZOV ad hanc constitutionem, part. II, *constitut. XII, definit. XII, n. 7.* cf. ius BASILIENSE part. II, tit. XX; ius autem COLONIENSE cauet de 500 *thaleris*, uid. IAC. BECKER *Chur-Cölnisch, General und Universal, Rechts-Ordnung, part. II, tit. V, §. 1.* Ius prouinc. WVRTEMBERG. c. 1. Wann einer dem andern

bern an Geld oder fahrender Haab, über zweyhundert Guldin werth (Unfers Herzogthums Würtemberg gemeiner Landswehrung) außer lauter Freygebigkeit zugestellt oder versprochen, hat diese Schändung, so viel die über bemelte zweyhundert Guldin sich erstreckende Summen anlangt, nicht kraft: solche werde dann vor Gericht fürgebracht, und in das Gerichtsbuch eingeschrieben. Iure BAVARICO summa mille florenorum statuitur, in quam autem fructus et usurae non computantur: *Cod. MAXIMIL. part. III, cap. VIII, §. 5.* In aliis legibus summa legitima est mox 300 florenorum, (*ius PALAT. RHEN. part. II, tit. XIV pr.*) mox centum marcarum (*ius EIDERSTADIENS. part. II, cap. XXI, §. 2*), mox 50 florenorum (*ius COLMAR. tit. XX, et Reformat. WORMATIENS. part. II, lib. IV, tit. 1*). (III) Insinuare idem est, ac indicare iudici donationem, ut eius testis sit et auctor. An autem secundum ius commune iudex competens adiri, isque causae cognitionem instituere debeat, a uariis uarie disputatur. Nos iis accedimus, qui iudicem competentem, et de persona tam donantis, quam donatarii cognoscentem, requirunt; id quod solide contra dissentientes defendit *Clar. PAUL. WILH. SCHMIDIVS* in *diff. de insinuatione donationis quingentos solidos excedentis, coram iudice incompetente haud suscipienda, §. 26.* Nonnullis in locis et prouinciis ius commune eiusdemue interpretatio diserte approbatur. Instar omnium est constitutio iuris BAVARICI: Es ist aber die ordentliche Obrigkeit hierinnsfalls, worunter auch der Donator sonst seiner Person halber zu stehen hat, doch kan in Verschwendung unbesweglicher Güter die Insinuation auch coram iudice loci rei sitae geschehen. Mündliche Insinuationes sollen protocolliert werden, damit sie Actenmäßig constiren, und wenn man die Insinuation nicht selbst, sondern nur durch einen andern

andern verrichtet, so muß sich dieser mittels eines Special-Gewalts ad Acta legitimiren. Soll die Obrigkeitliche Bestätigung andergestalt nicht, als praevia cognitione causae, das ist, nach vorläufiger Einsicht der Donation und gnugsamer Ermäßigung aller hierunter zu betrachten kommenden Umstände, ertheilt werden, damit so leichterdings keine Verschwendung oder ander zu praeviz eines dritten gereichende Ungebühr mit unterlaufen möge. Erlangt die bestättigte Donation quoad summam excedentem ihre Kraft und Gültigkeit nicht erst von Zeit der Bestätigung, sondern der Insinuation, welche letztere auch noch in Lebzeiten des Donatoris geschehen muß, sonst ist die Donation ungültig und wird durch die nachfolgende Insinuation oder Bestätigung nicht mehr bekräftiget. Kan Donator auf diese Insinuation weder renunciiren, noch diesen Mangel durch den End ersetzen. Hat die ex defectu insinuationis ungültige Donation nur quoad summam excedentem keine Kraft, im Ueberrest aber bleibt sie beständig? uid. COD. MAXIMIL. part. III, cap. VIII, §. 7. Nec dissentiant placita iuris COLMARIENSIS et EIDERSTADENSIS l. c. Alibi uero nec iudex competens, nec causae cognitio, postulatur; u. c. in iure COLONIENSIS c. l. §. 3, ubi: Es mag aber diese Gifte geschehen vor ieglichen Richter, dem schon die Sach und dersjenige so schencket, nicht unterworfen ist. Interdum donationem per litteras insinuare licet. cf. LEYSER, de donatione per litteras ualida. (III) Donationes mortis causa citra insinuationem ualere dicuntur; insinuantur autem secundum quaedam Germaniae statuta unacum quibusuis aliis donationum et ultimarum uoluntatum speciebus, quae legum philosophia senior uidetur; uid. Reformat. WORMATIENSIS. part. II, lib. IV, tit. 2.

§. VIII.

Inscriptionis summa ex iis, quae mox allaturi sumus, Donatio omnium bonorum iure roboratur: quae nam autem ex hisce thesibus nitatur iure communi, ex eoque ceu fonte uberrimo hauriatur, extra dubitationem nondum positum est. Nonnulli, donationem omnium bonorum praesentium et futurorum, legibus Romanis earumve analogiae non aduersari, contendunt, atque in ea sunt opinione, quod dissentientes et contra leges et contra experientiam pugnent, l. 34, §. 4 et 5 Cod. de donat. l. 8 Cod. de reuocand. donat. l. 5 Cod. de inoffic. donat. cf. SCHAUMBURG in annotat. ad Struuium, pag. 287. Assumpta hac hypothese merito affirmare licet, nonnulla iura Germanica iuri communi conuenienter haud praecepisse, quoniam iure prouinc. MO. GVNTINO, tit. XXX, §. 3, disertis uerbis prouisum est: die Schenkungen eines sämmtlichen Vermögens und aller Haabschaft und Güter seynd nicht gültig. Eadem constitutio deprehenditur in iure prouinc. WVRTEMBERG. part. II, tit. XVIII. Sin aliorum praeualeat sententia, alienitium, donationem omnium bonorum iure communi ratam non haberi. CARPZOV l. V, resp. 67, et part. II, const. XII, def. 26 et 27, iterum confiteri uidetur, id genus argumenti in Germania ex praeceptis iuris communis diiudicandum non esse. Etenim iure HENNEBERGICO constituitur: Gleichergestalt mag ein ieder freye Mann: oder Weib: Persohn, die nicht unter der Gewalt ihres Vaters oder Vormunders, bey guter Vernunft, als ihr eigen frey erlebigt Guth, gar oder zum theil, umb lebendig Leibs Nahrung, oder anderer beweglichen redlichen Ursachen, oder sonsten ganz frey, Freunden oder Frembden, durch Gott oder Ehre, bey seinem lebendigen Leib, aus seiner Hand auß, gewere und Gewalt wol hingeben, Nehmlichen, so die

die Geberin verheyrathet , daß solch Gut mit Wissen und Willen ihres Mannes , so sie aber ledig und unverehlicht , mit Vorwissen und Bewilligung des angenommenen oder von der Obrigkeit verordneten Vormunders und gegebenen Anweisers , *lib. III, tit. II, cap. 6*; nec iure BAVARICO donatio omnium bonorum reprobatur , donatarius tamen donatori in casu necessitatis , alimenta debet , *c. l. §. 10.* Eiusmodi placita optime conueniunt iure Germanorum natio , quod donationes omnium bonorum approbavit , si quis scilicet rebus suis praeesse amplius non potuerit , ac proinde bona sua transtulerit in alium , alimenta sibi uel certam praestationem annuam a donatario stipulatus , uid. HEINECCIUS in *elementis iuris Germ. tom I, lib. II, §. 50, 156 et 359.* Alibi donatio omnium bonorum non improbat; sed donatoris cognatis proximis aliquo modo prouidetur. *Reformat. FRANCOVRT. part. IV, tit. XIII, §. 4* : Wir ordnen und wollen auch , da obgemeldtergestalt jemant alle seine Güter einem , so sonst von rechtswegen sein Erb nicht seyn könnte , übergeben wollte (welche Donation doch bey uns anders nicht , dann vor unsern Schulttheys und Schessen geschehen , sonst aber nicht bündig noch krefzig seyn sollte) , dieweil derselbige Donatarius anstatt eines Legatarii gehalten wird , und damit demnach die nechsten Erben auch etwas von der Verlassenschaft des Donatoris bekommen , daß in solchen Fall desselben nechstgepulte Verwandten , Quartam Falcidiam , das ist , Einen vierdten Theil aus aller solcher Verlassenschaft abziehen und Eygenthümblich innbehalten mögen , und das übrige dem Donatario zustellen sollen.

§. VIII.

Continuatio argumenti. Donationes omnium bonorum non a legibus ipsis , sed a quibusdam legum interpretibus improbantur , eo quod

quod testandi facultas nullo modo adimi debeat. Quamquam autem hoc argumento nihil absurdius dici potest, cum leges de testandi libertate sancientes, non de necessitate, sed de facultate morali, quam quisque sibi adimere ualet, intelligendae sint: attamen secundum quaedam statuta Germanica haecce donatio non subsistit, nisi donator in quadam facultatum suarum parte ultimae uoluntatis declarandae arbitrium sibi reseruauerit. Sic enim cautum est *iure prouinc. wvrtemberg.* Da iemand alle sein Haab und Güter, ligends und fahrends, gegenwärtigs und künftigs, so er noch überkommen mögte, verschenkt, eine solche Schenkung ist nicht kräftig. So aber einer ihme et was vorbehalten, darinn er testiren mögte, ist die Donation seines ganzen übrigen Vermögens, für beständig zu halten, *part. II, tit. XVIII.* Perillultris de CRAMER in den Wezlarischen Nebenstunden, *part. XI, pag. 106*, quaestionem proposuit deceditque: Ob, wenn ein Ehegatte dem andern all sein Vermögen per pacta dotalia inter uiuos schenkt, und sich nur über eine gewisse Summe Gelds zu testiren vorbehält, sothane Summe, falls derselbe ohne Testament verstorben, denen Erben ab intestato, oder dem Donatorio zufalle? Iureconsultus summus facta distinctione inter ius succedendi et non descrefendi, residuum non donatoris heredibus ab intestato, sed donatorio adiudicauit. Quod secus in *Reformat. FRANCOVRT.* *part. IV, tit. XIII, §. 5*, ubi uerba haec occurrunt: So der Donator nicht alle seine Güter übergeben, sondern ime daraus ein Reseruat und Nahmhafis, zuvorbehalten, das selbig aber nicht verschafft hette und darüber verstorben were, So wollen wir, daß solchs Reseruat nicht dem Donatorio accresecirt oder zugefallen seyn, sondern des Donatoris rechten Bluts, Freunden und Erben soll bleyben und volgen.

§. X.

§. X.

De reuocan-
dis dona-
tionibus.

Si iuris naturalis interpretes audiamus, donationum reuocatio, ob animum ingratum uel superuenientes liberos, fundamento naturali non nititur. Quamquam enim, aiunt, uirtus grati animi signa numquam negligit, non potest tamen secundum ius strictum donator exigere ista, ut qui dedisse creditur, ac si nihil foret recepturus; aliter si dedisset, donatio eius non sane fuisset benefica. Eadem obseruanda sunt de reuocatione donationis ob superuenientes liberos, cum propositum in mente retentum nihil soleat operari. Ita rationes subduxit Vir olim summus NIC. HIER. GVDLINGIVS in *iure nat. ac gentium*, cap. XXV, §. 21. Consulamus iuris Romani oracula, ad quae in Germania, cum aqua haeret, confugere iubemur. *Generaliter sancimus*, inquit Iustinianus Imperator in *leg. fin. Cod. de reuoc. donat. omnes donationes lege confectas, firmas illibatasque manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur; ita ut iniurias atroces in eum effundat, uel manus impias inferat, uel iacturae molem ex insidiis ingerat, quae non leuem sensum substantiae donatoris imponat, uel uitae periculum ei intulerit, uel quasdam conuentiones huc in scriptis donationi impositas sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spondit, minime implere uoluerit etc.* Quae hic generatim constituuntur in l. 1. *Cod. b. t. de patrono* specialiter tantum, erga libertum ingrato, cauentur. Legum Germanicarum magistri iuris communis sanctionem in *diel. leg. fin. Cod. de reuoc. donat.* non solum approbarunt, sed etiam multo specialius determinarunt, quo autem ipso nostrae hypothesei robur insigne accedere nemo facile dubitabit. Exempla praebeant *ius BAVARICVM c. l. §. 15; ius WVR-TEMBERG. c. l. ius prouinc. FRISIAE ORIENTAL. lib. II. cap.*

192., Reformat. WORMATIENS. part. II, lib. IV, tit. 6;
add. das Colmarische Municipal - Stadt - Recht,
tit. XX.

§. XI.

Si unquam libertis patronis filios non habens, bona omnia seu partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus et postea susceperit liberos, totum quicquid largitus fuerat reuertatur in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum. Continuasio argumenti.
Ita Imperatores Constantinus et Constantius in leg. 8 dict. tit. Imperator Iustinianus in legibus antea allegatis, donationes perfectas non temere, sed ex causis legitimis uult reuocari. In hac tamen lege caeteris reuocationis causis ac specialis additur, cuius rationes, si quid uidemus, hae sunt. Libertus libertatem obtinuit; obtinuit rem inaeestimabilem, et patrono fuit defunctissimus, antequam noua donationis accederet obligatio; hinc rerum donatarum restitutione patrono indigenti gratitudinem suam probare debuit. Concurrent itaque duae reuocationis causae, manumissionis beneficium, et superuenientia liberorum; una igitur deficiente, lex ad extraneum nullo modo extendi potest, adeo ut eiusmodi lex ne suadenda quidem uideatur. cf. VINNIUS in *select. iuris quaest. lib. II, cap. 32.* Sed subsistamus, nec ulterius nostrum de hac lege iudicium proferamus, id ex legum Germanicarum monumentis edocti, statutorum conditores hac in re interpretum iuris ciuilibus doctrinam, quae tamen ius commune non constituit, passim ante oculos habuisse, liberorumque superuenientiam in iustis reuocandae donationis causis numerasse. Temporare nobis non possumus, quin adducamus uerba iuris BAVARICI, hunc in modum cauentis: *Bekommt Donator erst nach der Donation ein oder mehr Kinder, so wird diese 1mo ipso facto und dergestalt dadurch*
D aufgeh

aufgehoben, daß Donator das Eigenthum der verschenkten Sache, so weit solche bey Donatario oder dessen Erben noch findig ist, alsofort wiederum erlangt, und solche mithin von ihm oder seiner Erben vindiciren und zuruckfordern kan. Wohingegen 2do die bereits vor der Geburth des Kindes genossene Früchte dem Donatorio unviderrusslich verbleiben. 3tio versteht sich solches nur von ehrlichen oder wenigstens per subsequens matrimonium legitimirten, nicht aber von andern unehelich oder angewunschenen Kindern. 4to reconvalescirt die Donation nicht, wenn die nachgebohrne Kinder wiederum absterben, 5to gehet die Klag auch auf die Erben des Donatoris. Hat aber derselbe 6to schon zur Zeit der Donation ein oder mehr Kinder gehabt, so wird solche auch durch die weiters nachgebohrne Kinder nicht mehr entkräftet, dergleichen bleibt 7mo die Schenkung non obstante superuenientia liberorum bey Kräften, wenn der Vatter es ausdrücklich gewollt hat, daß die Donation dess wegen nicht umgestossen werden solle, welchenfalls jedoch 8vo denen Kindern obverstandene Querela inofficiosae donationis, Falls sie in legitima laedit wären, gleichwohl noch bevor bleibt. 9no ist auch die Rede alhier nur von merklich grossen Schenkungen, welche summam insinuationis excediren, dann die kleinern werden durch mehrerwehnte superuenientiam liberorum niemal gehoben, part. III, cap. VIII, §. 26. Ius provinc. WVRTEMBERG. ita distincte quidem non sancit, sed praeterea hoc singulare habet, quod liberis superuenientibus, donatio antea facta, ipso iure inualida sit. adeo ut ne parentes quidem reuocationi renunciare possint, part. II, tit. XVIII. Iure MVHLHVSANO donatarius restituere iubetur, quae tempore liberorum postea natorum adhuc supersint, cum hac tamen limitatione: Es hätte dann nach geschehener Geburth von den geschenkten Gütern ohnwissend, daß dem Geber Kinder gebohren wären, ohne

ohne Argeliff etwas verbraucht, denn folches wäre er fo wohl als die consumirten Früchte zu erfehen nicht ſchuldig, *art. 93.* Quidam legum codices quoad caſus reuocandi donationes ſimpliciter ad ius commune remittere ſolent, id quod factum fuit iure MOGVNTINO, *tit. XXX, §. 4*; licet hoc modo obſcurum per aequae obſcurum declaretur, quum quid ſit iuris communis, in omnibus capitibus nondum liqueat.

§. XII.

Quiritium mores leges antiquiores, patrum fa-
 milias auctoritatem non dicam maiestatem, dilatarunt. Vltior argu-
 menti conti-
 nuatio.
 Quiritium autem nepotes ſuis in ſanctionibus liberis nimi-
 um fauiſſe uidentur. Iure itaque Romanorum nouiori
 donationes reuocare licitum eſt, ſi ſint inofficioſae, h. e.
 in quibus contra officium pietatis liberi, parentes, fra-
 tres, in legitima portione ſua, laeſi fuerint. Clara eſt
 lex 7 Cod. de inoff. donat. *Si mater tua patrimonium
 ſuum ita profunda liberalitate in fratrem tuum cuiſceratis opi-
 bus ſuis exhauſit, ut quartae partis dimidium (quod ad ex-
 cludendam inofficioſi teſtamenti querelam aduerſus te ſufficeret),
 in his donationibus, quos tibi largita eſt, non habeas, quod
 immoderate geſtum eſt, reuocabitur.* Sed eiſmodi dona-
 tiones reuocantur ſolum quoad legitimam, uid. *tit. Cod.
 de inoff. donat.* et inprimis VINNIUS *lib. II, cap. 33.* Ar-
 gumentum multis doctorum dubitationibus obnoxium,
 obuium tamen in quamplurimis Germaniae ſtatutis, uid.
 CODEX MAXIMIL. BAVAR. *c. l. §. 14.* Ex firmis politiae ratio-
 nibus donatorum nimis liberalium egeſtati, quibusdam
 in locis ſatis caute proſpectum fuit, uid. *ius proinc.
 WVRTEMBERG. part. II, tit. XVIII,* ubi: Im Fall auch
 derſehenig: ſo etwas zu verſenden vor Gericht, oder in
 ander Wege zugeſagt, hernach ehe er ſein Verſprechen voll-
 zogen,

D 2



zogen , in Armut kommen , ist er befugt so vil daran abzuziehen , oder solches gar zu behalten , damit er sein nothwendige Nahrung haben möge. Wann aber die Schenkung zuvor übergeben , soll der begabt , bey Verleihung desselben , schuldig seyn , dem Gaber , der durch Ohngluck vder ohn sein grosses Verursachen in Armuth gerathen , nothwendige Nahrung mitzuthailen. Es were dann die Gaab gar zu gering , und der Nahrung nicht gemäsz , welches jederzeit zu gerichtlicher Erkänntnis stehen soll ; similia habet das Colmarische *Municipal-Stadt-Recht* , tit. XX.

§. XIII.

Conclusio.

His , quae diximus , adhuc multa addere potuissimus ; sed , ne labor nimis crescat , pedem figamus , certissime persuasi , ex qualicumque hoc specimine , quod lectoris beneuolentiae commendamus , satis dilucide appariturum esse , quam inconsulte subinde ad ius commune prouocetur , ubi eius usus uel plane nullus uel exiguus , aut ualde restrictus , in Germania deprehenditur. Ius Germanicum uerum , non simulatum aut barbarum , h. e. ex moribus irrationabilibus seculorum mediae aetatis depromptum , diligentiam magnam et indefessam requirit , quae in posterum quoque deerit , nisi publica auctoritate in academicae doctrinae commodum excitetur.

T A N T V M.

ERRATA.


Pag. 7. lin. 27. pro dominum l. dominium. Pag. 9. lin. 27. pro^{te} l. et. lin. 28. pro eliet. l. licet. lin. 30. pro YEDERSTADIENSE l. EIDERSTADIENSE et ibid. in fine pro cauum l. cautum. Pag. 10. lin. 17. pro inchoatur , l. inchoatum. Pag. 14. lin. 3. pro hoc. l. hac. Pag. 15. lin. 28. pro Verabsterben. l. Notabsterben. Pag. 17. lin. 7. pro ueram l. uerum. Pag. 18. lin. 25. pro Hungariorum l. Hungaricorum. Pag. 20. lin. 30. pro senior l. sanior.

ULB Halle

3

002 408 120







10.

1764, 2

Q. D. B. V.

4

DISSERTATIO INAUGVRALIS
DE
RESTRICTIORI VSV IVRIS
ROMANI APVD GERMANOS
IN MATERIA
DE
DONATIONIBVS

ms. B.

QVAM
DEO AVXILIANTE
AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN INCLYTA ACADEMIA ALTORFINA
PRO LICENTIA
SVM MOS IN IVRE HONORES
CONSEQVENDI
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI
DIE X IANVAR. MDCCLXIII
SVBIIICIT
IOANNES CHRISTOPHORVS IANTKE
ALTORFINVS.

ALTORFII
TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.

